Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

an angustia? an per
secutio? an fames?
an nuditas? an pericu
lum? an gladius? sicut scriptum
est. Quia propter te mortifi
camur tota die; estimati
sumus ut oues occisionis.
sed in his omnibus supera
mus propter eum qui dilexit nos.
Certus sum enim quia
neque mors neque uita
neque angeli neque principa
tus neque potestates neque
uirtutes neque instantia
neque futura neque fortitudo
neque altitudo neque profun
dum neque creatura alia
potest nos separare a
caritate dei: quae est in xpo
ihu domino nro. G. Mi
mis honorati sunt amici tui deus
nimis confortatus est prin
cipatus eorum ℣. Dinumera
bo eos et super arenam multi
plicabuntur. Alla: Non
uos me elegistis sed ego uos
elegi et posui uos ut eatis
et fructum afferatis et fructus
uester maneat tpe lxx. tractus.

Qui seminant in lacrimis
in gaudio metent. ℣.
Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua ℣. Venientes
autem uenient cum exultatione
portantes manipulos suos.
nullo t: d.i.d.s. math.
Ecce ego mitto uos;
sicut oues in medio
luporum. Estote ergo pru
dentes sicut serpentes;
et simplices sicut columbe.
Cauete autem ab hominibus.
Tradent enim uos in con
siliis: et in sinagogis
suis flagellabunt uos.
et ad reges et presides
ducemini propter me in testi
monium illis et gentibus.
Cum autem tradent uos
nolite cogitare quomodo aut
quid loquamini: dabitur enim
uobis in illa quid loquamini.
Non enim uos estis qui lo
quimini; sed spiritus patris uestri
qui loquitur in uobis. Tradet
autem frater fratrem in morte;
et pater filium. et insurgent
filii in parentes et mor

te eos afficient.